Narnien. Exemptionis.

Eme, & Rme Dne. SVpplicamus declarari, non teneri Reuerendos Patres Augustinianos, ac alios Regulares Principales nostros ad collectam impositam pro supplendis oneribus Cameralibus; quia in hac Sacra Congregatione non ampliùs controuertitur Conclusio, quod bona assignata Regularibus in limine fundationis Conuentus, quæ dicuntur bona primæ erectionis, sunt exempta ab oneribus Cameralibus iuxtà litteram *Textus in Canon. sancitum 23. quæst.8. cap. primo de Censibus. Bald. in l. omnes num.12. Cod. de Sacrosant. Eccles. Gonzal. in dicto cap. primo de Censibus num.4. Del Bene in addit. nouis. tractat. de Immunitat. verb. bona data prò erectione. Barbos. ibidem num.4.* Vbi quamuis agatur de oneribus merè realibus existentibus: *Fagnan. in cap. non minùs num.8. de Immunitat. Eccles.*, vbi quod nullus in hoc discrepat, quodque hoc procedit ob specialem eorumdem bonorum Sanctitatem, *Rota decis.339. num.4. part.6. Recent.*, vbi paritèr, quod talis Exemptio procedit etiam quoad onera priuata præexistentia, *& in Romana Locorum Montium 20. Aprilis 1693. §.Nec titulum in fine coram R.P.D. Muto.*

50

Et in terminis terminantibus onerum Cameralium respondit *Reuerendissimus Zaulus ad Statut. Fauent. tom.2. rubric.7. lib.6. nu.34. cum seqq.* ibi = *Præcipuè verò bona, & patrimonia assignata prò Dote, & Manso in primeua fundatione Ecclesiæ, Beneficij, Abbatiæ Monasterij &c. non subiacent Gabellis, Datijs, & Tributis, nec alijs quibuscumque oneribus tàm Communitatis, quàm Cameralibus, sed ab omnibus vniuersalitèr sunt exempta, & Immunia, & ità fuisse introductum ab initio nascentis Ecclesiæ, & continuatum vsque in præsens probatur ex Sacrorum Conciliorum Decretis, & Summorum Pontificum Constitutionibus; Et ità semper iudicatum fuit in omnibus Tribunalibus Vrbis, & signantèr per Sacram Congregationem Immunitatis Ecclesiasticæ, Sacri Concilij Tridentini, & Boni Regiminis, vt animaduertunt Scribentes in cap. &c. In Statu tamen Ecclesiastico sunt exempta præterquam à tribus Gabellis Cameralibus, vt patet ex sequenti resolutione Sacræ Congregationis Boni Regiminis emanata sub die prima Augusti* 1682. *in Causa Aquipendij* ibi = *Essendo tenuti Giacomo, e Bernardino Alberici Canonici della Catedrale di Oruieto di contribuire per li Beni di prima Erettione, e loro Patrimonij Sacri al pagamento delli trè pesi priuilegiati solamente, cioè à gl'Vtensigli della Soldatesca di Leua per il passato sino al tempo della Suppressione, mancanza della Gabella della Carne, e della Macina, così voi ordinarete, che segua, non*

A per-

permettendo, che per l'altre Collette riceuano molestia alcuna per detti Beni =

Hodiè verò restringitur obligatio ad Gabellam Macinatus tantum, dum Gabella nuncupata degl'Vtensigli della Soldatesca di Leua vna cum tertia parte Gabellæ Carnis, nempè vnius quadrantis ex tribus, qui soluebantur prò qualibet libra extincta fuerit mediante Chirographo signato de Mense Decembris 1686. à sanct. memor. Innocentio XI., & cæteræ partes extinctæ fuerint à Successore Pontifice Alexandro VIII. mediante eius Chirographo sub die 19. Nouembris 1689. Subscripto, & nouissimè decisum fuit ab hac Sacra Congregatione *in vna Perusina 15. Nouembris 1670. in vna Assisien. 15. Iulij 1690. in vna Firmana 28. Septembris 1697., vt ex particulis, quæ dantur in Calce.*

Ex quibus patet, quod difficultas istius controuersiæ in præsenti facti specie residet totalitèr in dignoscendo, an bona de quibus agitur, sint bona assignata nostris Conuentibus in limine Erectionis; Et quidem si Communitas Aduersaria esset in possessione exigendi, vtique hoc onus probandi spectaret ad nostros Principales; At verò, quia nostri Principales ab immemorabili tempore reperiuntur in omnimoda quasi possessione exemptionis, & libertatis, ideò ex hac continua, & diuturna possessione intrat ad eorum fauorem præsumptio, quod ista bona sunt illa primæ Erectionis, nàm si non fuissent primæ Erectionis, vtique ab illis fuissent exacta onera Cameralia, cum hoc sit Priuilegium Possessoris, & signantèr Possessionis, vt diximus, tàm diuturnæ, & antiquæ, quod transfert onus probandi in contrariam partem iuxtà *Textus expressos in l. res alienas Cod. de rei vindication., & in l. siuè possidetis Cod. de probation. Bartol. in l. si priùs la 15. §. Et venio versus finem ff. de noui operis nunciatione fol. mihi* 20. *num.*18. ibi = *Vt igitur prædicta notabilia, & vtilia per modum distinctionis recolligas, cum quæritur, an possessio, vel quasi possessio alicuius Status, seù qualitatis transferat in eum, qui contradicit onus probandi, vel non. Sic distingue. Aut talis Status, vel qualitas inest, vel est apta inesse ab origine rei, & transfert onus probandi in eum, qui contradicit: Aut non inest, nec est apta inesse ab origine rei. Altograd. cons.69. num.5. 23. & 24. lib. primo Mascard. de probation. conclus.*1194. *Sperell. decis.*175. *num.*43. ibi = *Et ratio est quia cum ex vna parte Ius inter possidentem, & non possidentem sit Dubium, ex altera verò parte Ius possessionis pœnes possidentem sit certum, profectò ille, tanquam potiori Iure fræetus vincit alterum, vt per Sanch. &c., & habemus irrefragabilem vtriusque Iuris regulam in pari Causa potiorem esse conditionem possidentis l. in pari 170. ff. de regulis Iuris*, & generalitèr *Rota decis.566. part.18. num.4. & 5.*

Cer-

Certissimè & absque vlla dubitatione in casu nostro, in quo sumus in exemptione antiquissima, nàm ista bona vltra centum annos fuerunt semper possessa à nostris Regularibus tanquam libera, & exempta, adeoùt exaduersò nullus detur fumus, quod pro his bonis, de quibus agitur fuerunt vnquam soluta controuersa onera Cameralia, quæ sola centenaria exuberat ad effectum conseruandi Ecclesiam in sua primeua libertate, nàm ad hunc effectum sufficeret sola simplex consuetudo per *Textum in l. si publicanus §. fin. ff. de publicanis, & vectigal.* ibi = *In omnibus vectigalibus ferè consuetudo spectari solet* = *l. Missi Opinatores 7.* ibi = *Consuetudine seruata* = vbi *Ioannes de Platea in 3. notabil. Cod. de Exactor. Tributor. lib.10. Marcabrun. cons.9. num.18. & 19. Bero consil.81. num.15. & 18. & 19. lib.1. Menoch. consil.189. num.27. & 28. Roland. consil.79. num.80. lib.3. Paris. consil.25. num.54. & 55. lib. primo Surd. consil.470. num.15. Cyriac. controuers.222. num.19. & 20. Cardinalis de Luca de Regal. discurs.97. num.10.*, cum alijs cumulatis per *Ciarlin. controuers.22. num.40. Rota coram sanct. memor. Alexandro VIII. decis.175. num.10. & seqq.*, & plenè *Rocca disput. Iur. cap.74. num.46. & seqq.*

Maximè quia consuetudo hic non adducitur ad effectum obtinendi exemptionem, quasi quod illius vigore prò hac parte prætendatur exemptio ab oneribus Cameralibus sed adducitur prò interpretatione, videlicet prò remouendo illo dubio, quod in nostra facti specie occurrit an nempè ista sint, vel non sint bona primæ Erectionis, prò quo dubio remouendo non solum consuetudo, sed sola obseruantia interpretatiua sufficeret *Rota coram sanct. memor. Alexandro VIII. decis.175. num.10. & 11., & coram Royas decis.315. num.7., & in Recentior. decis.300. num.29. part.12., & decis.520. num.9. & 10. part.13., ac decis.9. num.19. part.19.* Imò etiam, quando alius contrarius intellectus esset de Iure verior *Rota coram Royas decis.279. num.7. cum duobus seqq., & coram Dunozett. Iunior. decis.937. num.28., & in Recent. dicta decis. 300. num.30., & 31. part. 12., & decis.520. num.11. par.13. & decis.212. num.7. part.17., & dicta decis.9. num.20. part.19.*

Et in specie quod quandò agitur de bonis, quæ ab Ecclesijs fuerunt liberè possessa ab antiquo tempore, quod ista præsumantur primæ erectionis, & proindè non subiecta oneribus Cameralibus habemus punctualem resolutionem huius Sacræ Congregationis in dicta *Perusina 15. Nouembris 1670., quæ datur in calce per extensum*, & in qua expressis verbis hæ Sacra Congregatio ordinauit, *che si astringono li Possessori di quelli à pagare le Collette, che s'impongono per pagamento de pesi Camerali, non restando esenti da queste, altri Beni, che gli antichi delle Chiese, e luoghi Pij, e dotali*

tali di esse, è quelli, che sono assegnati à Chierici nell'ordinatione, à titolo di Patrimonio.

Ex his ergo sequitur, quod sensus huius Sacræ Congregationis est, quod præsumptio stat prò Ecclesia, quandò agitur de bonis antiquis, quæ fuerunt ab Ecclesijs possessa tanquam libera: Præsertim, quia ad hunc effectum, vt bona dicantur primæ Erectionis non requiritur, quod fuerint Ecclesijs assignata in ipso limine fundationis, sed sat est, quod ex post assignentur, signanter quando bona assignata vix sufficiunt prò alimonia paucorum Religiosorum, hoc enim casu, quamuis sint data ex post, habentur perindè ac si essent assignata in principio fundationis, vt firmauit *Rota in Imolen. Iurispatronatus coram Cantuccio impressa apud Viuian. de Iurepatr. part. prima lib.2. cap.5. ante numerum primum* ibi = *Non obstat si dicatur id procedere in dotatione facta ab initio non in dotatione facta post Consecrationem*, proùt in casu nostro, quia respondetur fauore Ecclesiæ dotationem retrotrahi, & fingi Ecclesiam dotatam ante Consecrationem *Ventrigl. in notab. Eccles. tit. de Edific. & dotat. Ecclesiæ adnotat.*17. §. *primo num.*13. *&* 14.

Nec dicatur, quod si bona, quæ Monasteria acquirunt ex post, succederent loco Dotis, vtique omnia bona Regularium dici possent primæ erectionis; quia clara vrget responsio animaduertendo, quod loco dotis succedunt solum bona quæ sufficiunt prò alimonia Fratrum, & ista tantum dicuntur primæ Erectionis prò obtinenda dicta exemptione ab oneribus Cameralibus, vt egregiè firmat *Reuerendissimus Zaulus in dicta Rubrica 7. libr. 6. num.*36. ibi = *Notandum quod Dos, & Mansus Ecclesiæ, qui prò prima illius fundatione, & erectione assignatur debet esse talis, vt sufficiat prò Victu, & Vestitu Sacerdotum Clericorum, & aliorum Ministrorum ei inseruientium, vt reiectis opinionibus veterum Canonistarum, qui forsan non benè versati erant in historia Ecclesiastica firmat Carolus Dufresnè in dicto glossario in eadem voce Mansus Ecclesiasticus, & Gaspar Ziegler de Dote Eccles. cap.7. num.7. & seq. & num.38. cum seqq., & cap.8. num. primo, & 41. ac cap 9. num.49. Cuias lib. primo de Feudis tit. primo, & Granieto in dicto cap. primo de Censibus num. secundo vers. quare hac.*

Applicando igitur has Theoricas ad factum, certum est, quod, dato etiam per hypothesim, quod hoc onus probandi ad nos spectaret, adhuc satis claræ sunt probationes, quæ in promptù occurrunt, nam respectu bonorum Patrum Tertij Ordinis Sancti Francisci Congregationis Lombardiæ habemus Instrumentum publicum, ex quo constat, quod derelicta à Patribus de Obseruantia Sancti Francisci Ecclesia Sanctæ Mariæ Poscargani illam de

anno

anno 1574. ſub die 20. Februarij Priores, & Homines Communitatis Collis Scipionis conceſſerunt dictis Patribus Tertij Ordinis Sancti Franciſci ſub ea lege, & conditione (ſunt verba Inſtrumenti) *quod Santeſÿ dictæ Eccleſiæ prò veſtitu Fratrum ibidem exiſtentium deberent, non ſufficientibus tamen ælemoſinis grani ſupplire de bonis Eccleſiæ prædictæ, quodque fructus bonorum ſtabilium, & eelemoſinæ quædam, & legata quæcunque ſpectarent ipſis Santeſÿs eorum arbitrio prò neceſſitatibus eiuſdem Eccleſiæ erogandis, & expendendis.*

Ex quibus conſtat, quod in Erectione iſtius Conuentus non ſufficientibus eelemoſinis, habitus fuit reſpectus prò ſubſtentatione Fratrum ad fructus bonorum controuerſorum, quæ principaliter, & primariò fuerunt conſiderata: Vndè dum Santeſij nolentes amplius in adminiſtratione dictorum bonorum continuare, quæ huic oneri erant obnoxia, illa prò ſe liberandis de anno 1676. ceſſerunt eiſdem Patribus, ad hoc vt cum eorum fructibus ſe ſubſtentare valerent, vt patet ex dicto publico Inſtrumento dato in præſenti *Summario Num. vnico*. Vtique patens redditur, quod iſta bona reſpectu dictorum Patrum non poſſunt aliter iudicari, quam bona primæ Erectionis, dum ab ijſdem hominibus Terræ Collis Scipionis fuerunt ſubrogata in locum illius obligationis, quam ipſi habebant de ſubminiſtrandis alimentis Frarribus, à qua ſe eximerunt per dictam aſſignationem bonorum, quæ vigore dictæ ſubrogationis habentur, perindè ac ſi fuiſſent aſſignata in principio Erectionis, cum ſuſrogatio reguletur ſecundum formam præcedentis Contractus *l. Imperator 72. in fine de legatis 2. Gloſſ. in cap. Priuilegium litt.B. circa med. verſ. quod die verum de regul. Iur. in 6. Bartol. in l. Si quis filium in princip. ff. de inofficioſ. Teſtament. Bald. conſ.112. num.4. & 5. lib. primo Surd. deciſ.10. num.4. Rota deciſ.171. num.2. part.11. deciſ.272. num.1., & deciſ.561. num.20. part.18., & deciſ.196. num.16. part.19. Recentior.*

Supradicta quæ adnotauimus reſpectu Patrum Tertij Ordinis à fortiori procedunt reſpectu Patrum Auguſtinianorum Sancti Petri Interamnen. Nam bona, quæ iſti Patres poſſident fuerunt acquiſita longè ante impoſitionem ſubſidij triennalis, nam iſtud fuit impoſitum à Paulo Tertio de anno 1543. & iſta bona fuerunt acquiſita à Patribus de anno 1534. & ab iſto tempore vſque ad præſens nunquam pro iſtis Patres ſoluerunt onera Cameralia, & proindè poſt tam longam, & diuturnam obſeruantiam triplicatæ centenariæ, quis dubitat fauore eorumdem intrare reſponſum Iuriſconſultus in *l. prima C. de Paſcuis publicis lib. 11.*, quod nempè, (ſunt verba Textus) *Excellens authoritas tua Conuentis Prouinciarum Rectoribus non eam licitationis neceſſitatem patiatur inferri,*

quam

quam repentinam faciunt Ciuitates; sed eam manere decernet, quam statuit antiquitas.

Et sanè dum in hoc casu habemus triplicem centenariam, nunquam interruptam vtique etiamsi non ageretur de bonis primæ Erectionis, possemus Nos allegare priuilegium Apostolicum, seù particularem Constitutionem, cuius vigore fuisset Nobis concessa particularis exemptio, cum hæc sit efficacia centenariæ, & quod magis est triplicatæ centenariæ iuxta tradita per *Gabriel. commun. conclus. titul. de præscription. conclus.* 1. *per tot.*, & præsertim *num.* 3. *&* 8. *Bonden. colluctat. legal.* 44. *num.*82. *& duobus seqq. tom.*1. *Kocchier. de Iurisdiction. in exempt. par.*1. *quæst.* 6. *num.*9. *& par.*3.*quæst.*12. *sub num.*1. *Fontanell. de pact. nupt. lib.*1 *claus.*3. *gloss.*2. *num.*29. *Rota decis.*218. *num.*22. *& seqq. par.*6.*Recentior. & in Ianuen. Abbatiæ* 4. *Iulij* 1692. §. *Nec officit coram Reuerendissimo Manuel.*

Quamuis in casu nostro, ista sint superflua, quia necessario oportet dicere, quod ista sint bona primæ Erectionis, non quidem litteraliter intelligendo conclusionem, quod nempè bona primæ Erectionis sint illa, quæ in ipso limine fundationis assignantur, sed quod sint illa, quæ etiam ex post assignantur, dummodò pro alimonia Fratrum assignentur, & hic est sensus, quem habuit hæc Sacra Congregatio in citata *Perusina* 15. *Nouembris* 1670. dum pro vno, & eodem habuit bona antiqua, bona dotalia, ac bona primæ erectionis. Et de facto si Iuris regulas inspiciamus, bona quæ assignantur Ecclesijs ex post pro substentatione Rectoris, habentur perindè, ac si fuissent à principio Ecclesiæ assignata, vt præter authoritates supra allegatas in §. *Ex his ergò sequitur* firmat *Panimoll. decis.*9. *adnot.*2. *num.* 9. *cum seqq. Fagnan. in cap. Quoniam de Iurepatronat. num.* 48.

Et hic est casus noster, quia licet de anno 1402. de quo tempore fuerunt hæc bona assignata, Monasterium iam esset edificatum, non indè tamen potest inferri, ergo de illo tempore Fratres Augustiniani iam habebant bona cum quibus poterant substentari, quia hæc consequentia esset bona si ageretur de Conuentu fundato post constitutiones Gregorij, & Vrbani VIII. secus verò, dum agitur de Conuentu ædificato longè antea, prout aduertit *Cardinal. de Luca de Regular. discurs.* 51. *num.*10., *bo. me. Antonius Paulutius olim dignissimus Sacræ Rotæ Auditor in qua Iurisprudentia Sacra lib.* 7. *tract.*11. *num.* 6. *in sect. vbi quod Monasteria Mendicantium ædificabuntur sine dote*, signanter in præsenti facti specie, in qua habemus, quod dictum Monasterium nulla alia bona possidet, præter supradicta, quæ nec minus sufficiunt pro congrua dote, videlicet pro alimonia Fratrum, adeoque patens redditur, quod nullo Iure post cursum trium Sæculorum potest Communitas Aduersaria ista bona antiqua submittere oneribus

bus Cameralibus in præiudicium Religiosorum, qui vix cum illis possunt vitam substentare, & pro quibus Apostolus loquitur dum ad Chorinthios scribens inquit = *Si nos vobis spiritualia seminamus magnum est, si nos Carnalia vestra metamus*.

Cæterum respectu Patrum Minorum Conuentualium Sancti Francisci Interamnen. concurrunt adamussim mox expressæ rationes, quod nempè bona, quæ possidet in Territorio Collis Scipionis sunt bona quæ ab antiquissimo tempore possidentur à Monasterio absque eo quod adsit memoria de tempore acquisitionis, & propterea, vel tanqaam bona antiqua, & dotalia Ecclesiæ, vel tanquam bona, quæ præsumuntur primæ Erectionis sunt conseruanda in eo antiquissimo statu, in quo reperiuntur omnimodæ, & plenariæ Exemptionis ab oneribus Cameralibus, vt in terminis Mansi Ecclesiæ, idest Dotis assignatæ Ecclesiæ pro substentatione Ministrorum firmant DD. Superius citati in principio huius Informationis quibus addi possunt *Viuian. in ration. Iur. Pont. lib. 3. tit. 39. fol. 388. Murg. de Benef. par. 12. cap. 5. Suar. de error. Angl. lib. 4. cap. 19. num. 2. Perez de Lar. de Anniu. & appell. lib. 1. cap. 18. num. 1. & 2. & num. 15. German. de Sacror. Imm. lib. 3. cap. 17. num. 81. & 82. & de Indult. Cardinal. §. Perque sublatis num. 12. Peregrin. in Elucidar. Theolog. moral. & vtriusque Iuris lib. 2. elucid. 8. sect. 2. sub num. 489. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 31. num. 34. cum seqq. & signanter num. 44. Paulut. in Iurisprudentia Sacr. lib. 7. dicto cap. 1. num. 6. §. Spectare autem*, vbi quod Mansus aliud non est nisi congrua dos Ecclesiæ.

Quare &c.

Franciscus de Roggerijs Aduoc.

Resolutiones huius Sacræ Congregationis.

PERVGIA. Vescouo 15. Nouembre 1670.

HA ordinato Nostro Signore, che si notifichi à V. S. che conforme altre volte è stato scritto in esecutione di diuerse Constitutioni di Sommi Pontefici Prædecessori di Sua Beatitudine alle Collette, che s'impongono da cotesta Città per il pagamento della mancanza delle Gabelle della Macina quattrini di Carne, e Tassa degl'Vtensilij della Soldatesca di leua deuino concorrere tutti gli Ecclesiastici sì Secolari, come Regolari, Capitoli, Monasterij, & ogni altra sorte di Luoghi Pij, Vescoui, Cardinali, Caualieri di Malta, e qualsiuoglia altro Priuilegiato, non solo per li Beni Patrimoniali, & acquisiti, mà ancora indifferentemente per ogni altra sorte di Beni Ecclesiastici antichi senza alcuna eccettio-

ne,

ne, non ſuffragandoli Priuilegio alcuno, poiche tutti ſono compreſi nella detta Impoſitione in vigore de Chirografi d'Vrbano VIII., Innocenzo X., & Aleſſandro VII. di ſanta memoria.

Intorno poi a' Beni acquiſtati da ſudetti doppo l'Impoſitione del Suſſidio triennale, & per i Beni Patrimoniali de Chierici non godendo altra eſentione, che de Peſi Communitatiui, V. S. aſtringerà li Poſſeſſori di quelli à pagare le Collette, che s'impongano per pagamento de Peſi Camerali, *non reſtando eſenti da queſte altri Beni, che gli antichi delle Chieſe, e Luoghi Pij, e Dotali di eſſe, e quelli, che ſono aſſegnati à Chierici nell'Ordinatione, à titolo di Patrimonio*, quale eſentione vuole Sua Santità, che ceſſi ſempre, che haueranno acquiſtati Beneficij ſufficienti per il mantenimento, precedendoui la di lei dichiaratione, che li Beni ſudetti non ſiano più loro Patrimonij, & conſeguentemente tornino à ſoggettarli alli Peſi, che pagano gli altri Eccleſiaſtici.

ASSISI. Veſcouo 15. *Luglio* 1690.

Eſſendo tenuti coteſti Eccleſiaſtici, Monaſteri di Monache, & altri Luoghi Pij di contribuire per li Beni di prima erettione al pagamento delli trè Peſi Priuilegiati ſolamente, cioè agl'Vtenſili della Soldateſca di leua, mancanza della Gabella della Carne per il paſſato ſino al tempo della ſoppreſſione di queſti, e della Macina, Così V. S. ordinarà, che ſegua, non permettendo, che per l'altre Collette riceuano moleſtia alcuna per detti Beni &c.

FERMO. Vicario Apoſtolico 28. *Settembre* 1697.

Non deuono li Beni di prima Erettione, e Patrimonij Sagri degl'Eccleſiaſtici eſſer ſoggetti preſentemente, che al peſo della mancanza della Gabella della Carne, e per gli Vtenſilij della Soldateſca di leua fin al giorno; che dell'vna, e dell'altra ſegui la ſoppreſſione, ella non permetterà, che Monſig. Domenico Paracciani venga dalla Communità di Ciuita Noua moleſtato per altre Collette ſopra ſimili Beni del Benefitio, che quiui gode ſotto il titolo di Santa Maria delle Grazie.

SAC. CONGREGATIONE
Boni Regiminis
R.P.D. DANDINO
Narnien. Exemptionis.
PRO
RR. PP. Auguſtinianis, PP. Min. Conuentualibus, & PP. Tertij Ordinis S. Franciſci Collis Scipionis.
CONTRA
Magnif. Communitatem eiuſd. Loci.

Iuris D. de Roggerijs.

Romæ, Typis Reu. Cam. Apoſt. 1705.
Superiorum permiſſu.